

August. l. 2. de bapt. *Veritate manifestata cedat consuetudo veritati.*

Greg. Nazianz. *Magna adeptus, magnorum etiam debitor es.*

Gell. l. 8. c. 2. *Qui nihil habet in vita jucundius vita, is non potest cum virtute colere vitam.*

Cic. de Amicit. *Æquum est, ut qui prius introiit in vitam, primus exeat de vita.*

Pro Cœl. *Ipsius autem veneni qua ratio fingitur? ubi quasitum est? quo pacto? cui? quo loco.*

Pbil. 3. *Non tractabo illum ut consulem, ne ille quidem me ut consularem.*

De respons. *Homines te propter pecuniam iudicio liberarunt; hominibus iniuria tui stupri dolori non fuit: homines tibi arma in me dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi.*

Phil. 13. *Huic cedamus? huius conditiones audiamus? cum hoc pacem fieri credamus?*

Pro Arch. *Pleni omnes sunt libri, plena sapientia voces, plena exemplorum vetustas.*

Ad Attic. 3. *Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.*

Ibid. *Desidero non mea solum, neque meos, sed me ipsum.*

*Mors mortis morti mortem mors morte redemit. Christus mortis victor, sua morte hominem morti obnoxium ab æterna morte liberavit.*

*Mala mali malo mala contulit omnia mundo. Maxilla Adæ esu mali (pomi) peccatum, mortem & omnia mala in mundum in vexit.*

Martial. — *Verò verius quid sit audi.*

*Verum non libenter audis.*

Ovid. 3. Amor. *Et que non puduit ferre tulisse pudet.*

Idem l. 1. de art. *Et lachrymæ profunt, lachrymis adamantamta movebis.*

Perf. Sat. 5. — *Marco sub iudice palls.*

*Marcus dixit, id est, assigna Marce tabellas.*

Id. *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.*

Metamorph. *Heu quantum scelus est in viscera condi.*

Con-